



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 27. Marlorati Ministelli, aliorumque supplicium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. ingressu urbem honorabant, ubi seque-
A.C. 1562. bantur etiam Senatores, qui antea Lu-
 parias aufugerunt.

§. XXVII.

*Marloratti Ministelli, aliorumque
 supplicia.*

Thuan. l. 33. **E**quidem rebelles hi cives urbis suæ
 n. 6. depredatione sat acerbe castigati vi-
 debantur, nihilominus ad ceterorum
 terrorem nonnullos ex illis, qui capti,
 ac gravioris sceleris rei erant, severio-
 ri poena plectere oportebat, ac præ-
 primis Marloratus Calvinistarum Præ-
 co, qui antea Eremita Augustinianus
 erat, laqueo suspensus die trigesima O-
 ctobris periit. Hic idem hæreticus, ut
 jam supra meminimus, Polliacensi col-
 loquio interfuit, eratque patria Lotha-
 ringius, Anno restauratæ salutis mille-
 simo quingentesimo sexto natus, quem
 brevi parentibus suis orbatum Patrus
 suus, cujus tutelæ commissus erat, ad
 amplectendum Religiosorum institutum
 induxit, ut is Nepotis sui facultates aucu-
 paretur: igitur Marlorattus transactis in
 continentia sexaginta annis, forte ne
 fuorum confratrum exemplis quicquam
 derogaret, & ipse quoque sacrilegis
 nuptiis se polluit, ex quibus quinque
 filios suscepit, qui una omnes supplicia,
 quo eorum parens sublatu est, spectato-
 res

res erant: porro eo tempore septuage- **Sæcul. XVI.**
 simum secundum ætatis suæ annum a- **A. C. 1562.**
 gebat.

Idem fatum subiere Joannes de Bo-
 sco Mantrevillæ Toparcha, in suprema
 rei Tributariæ Curia Præses, Vincen-
 tius Gruchetus, Soquentia, & Joannes
 Cotoneus Bertovilla, qui una omnes ac-
 cusabantur, quod Principi Condæo Gal-
 lici regni sceptrum vindicare moliti es-
 sent, ea tamen lege, ut conscenso folio
 Maris Præfectum Normanniæ Ducatu,
 Andelotum vero Ducatu Britanniæ
 quantocius auget. Hi quoque a ve-
 nia universis concessa excipiebantur,
 sub obtentu, quod foederis cum Anglis
 initi fuissent conscii: quapropter Præ-
 ses die prima Novembris capite ple-
 xus, reliqui autem duo post quintum
 a capta urbe diem laqueo suspensi pe-
 rierunt.

§. XXVIII.

*Duo Catholici capti a Calvinistis ex
 vindictæ libidine suspensi.*

Renatus Valfenerius peditum Ductor
 ad preces Brissaci Marescalli vitæ
 gratiam obtinuit: equidem Guisus Dux
 pariter Joannem Crossam Tribunum
 mortis supplicio eripere nitebatur, ve-
 rum eo incassum sollicitante Joannes se-
 curi percussus obiit, ac paucis post die-

T t 4 bus